

De sanctis petro et paulo añ.
Petrus apostolus et paulus do-
ctor gentium ipsi nos docuerunt
legem tuam domine. Vsus. In
omnem terram exiuit sonus eo-
rum. R. Et in fines orbis terre
verba eorum. Oraito.
Eus cuius dextera beatum petrū apo-
stolum ambulantē in fluctibus ne mer
geretur erexit: et coapostolum eius paulum ter
tio naufragantē de profundo pelagi liberauit.
exaudi nos propicius et concede vt amborum
meritis eternitatis gloriam consequamur.



Per dominum.
De sancto iacobo añ.
Lux et decus hyspanie o iacobe
sanctissime/subleuator oppresso
rum/suffragium viatorum/ qui
inter apostolos primus martyr
laureatus obtines priuatum.
O singulare presidium tuorum benignus ex-
audi vota seruorum: et intercedas pro nostra
omniumqz salute. V. Ora pro nobis beate iaco
be. R. Vt digni efficiamur. Oratio.
Sto domīe plebis tue sanctificator et cu
stos. vt apostoli tui iacobi munita pre-

Deus qui miro ordine angelorum mini/
steria hominumqꝫ dispensas: cōcede p/
picius: Ut quibus tibi ministrātibus in celo sē
per assistitur ab his in terra vita nostra muni

atur. Per dominum nostrum.
De sctō iohāne baptista an.
Inter natos mulierum non sur/
rexit maior iohāne baptista. V.
Fuit hō missus a deo. R. Cui no
men erat iohannes. Orō.
Presta q̄s omnipotens de
us: Ut familia tua per viam salutis incedat et
beati iohannis precursoris christi hortamenta
sectando: ad eum quē predixit secura perueni/
at: dn̄m nostrum iesum christum filium tuum.
De sancto iohanne euangelista an.

Iohannes apostolus et euan
gelista virgo electus est a domi/
no: atqꝫ inter ceteros magis di/
lectus. V. Valde honorandus
est beatus iohannes. R. Qui su/
pra pectus domini in cena recu/
buit. Oratio.
Ecclesiam tuā q̄s dn̄e benign9 illustra:
Ut beati iohīs apl̄i tui et euāgeliste illu/
minata doctrinis ad dona perueniat sempit̄na. p.



De sancta facie dñi ãn.

Salue sancta facies nostri redemptoris in qua nitet species diuini splendoris impressa panniculo niuei candoris dataqꝫ Veronice signum ob amoris Salue decus seculi speculũ sanctorum quos videre cupiunt spiritus celorum nos ab omni macula purga viciorum atqꝫ nos consortio iunge beatorũ. Salue nostra gratia in hac vita dura labili ac fragili cito transitura nos proue hat superis felix hec figura ad videndum faciem que est christi pura Esto nobis quesumus verum adiuuamen dulce refrigeriũ atqꝫ consolamen. Vt nobis non noceat hostile grauamen: sic fruamur requie omnes dicant Amen. ℣. Adoramus te christe et benedicimus tibi. ℟. Quia per sanctã crucem tuam redemisti mundum. Oremus.

Deus qui nobis famulis tuis lumine vultus tui signatis ad instantiam Veronice ymaginem sudario impressam relinquere voluisti: per passionem et crucem tuam tribue quesumus vt ita nunc in terris per speculum in enigmate venerari et adorare teipsuꝫ valeamus. Vt tunc facie ad faciem super nos

iudicem securi videamus te christum dominuz nostrum. Amen.

Oratio ad beatam virginem mariam.



Obsecro te dñia sãcta maria mater dei pietate plenissima: summi regis filia mater gloriosissima: mater orphanorum: cõsolatio desolatorum: via errãtiũ: salus omniũ in te sperantium. Virgo ante partum: virgo in partu. et virgo post partuz. Fons misericordie. fons salutis et gratie. fons cõsolationis et indulgentie. fons pietatis et leticie. Per illam sanctã ineffabilem leticiaz qua exultauit spiritus tuus in illa hora quando tibi per gabrielẽ archangelum annũciatus et conceptus filius dei fuit. Et per illud diuinum mysterium quod tunc operatus est spiritus sanctus. Et per illã ineffabilem gratiã. pietatẽ. misericordiã. amorem et humilitatẽ per quas filius tuus descendit accipere humanã carnẽ i venerabilissimo vtero tuo. Et in quibus te respexit quãdo te commendauit sancto iohãni apostolo et euãgeliste et quando te exaltauit super choros angelorũ Et per illam sanctã ineffabilez humilitatem in qua tu respõdisti archãgelo gabrieli. Ecce an-